

DECISIONES
NOVISSIMÆ
SUPREMI EMINENTISSIMIQVE
SENATVS PORTVGALLIÆ EX GRAVISSIMORVM
PATRVM RESPONSIS COLLECTÆ.

15490
*D. Gabriele Pereira de Castro, illius Senatore grauaminumque ac appellationum
expedienti dignissimo auleque Regiae generoso.*

*Dicata Reuerendissimo, & Illustrissimo D. Magistro eminentissimo Fratri Antonio
de Soto Maior Cæsareæ Maiestatis Philippi vtriusque mundi Monarchæ
Confessario dignissimo.*

C V M P R I V I L E G I O.



*Ex libris Bibli
et Musaeo
S. J. de
Portugal
Num. 46 cap. 3 num. 14.*



V L Y S S I P O N E

Et Panormi ex Typographia Io. Baptista Maringo. M. DC. XXVI.

Excusus.

MO

ILLVTRISS. D. MAGISTRO SAPIENTISSIMO

FR. ANTONIO DE SOTO MAIOR REGIÆ MAIESTATIS
Philippi III. noui & antiqui orbis Monarchæ Confessorio
meritissimo.

VM diu, multumque mecum cogitasse, cui potissimum magni nominis
viro, aut Macenati, primum ingenij mei fatum dicarem, tu (Illustrissime
Domine) primus ante oculos occurrisisti, ea est enim cui nominis ampli-
tudo, ea singularis virtutum tuarum admiratio, is incliti sanguinis tui
splendor, ea tua eximia eruditio late per vulgata opinio, qua apud
omnes immortali quadam gloria circumfluit, eiusmodi est tuus in litteratos animus, ea in
studiosos humanitas, ea inter nos amicitia & sanguinis coniunctio, ut Musis ipsis in-
iuriam facere viderer, si te mearum lucubrationum Macenatem, ac patronum, non dele-
gisset. Et liceat palam animaduertorem, nihil tibi offerri posse, nisi undeque expolitum, ta-
men mibi facile persuadet sapientissimo, nil gratius, nil succidius, dicari, offerri, ut
posse, quam litteraria hæc munuscula, interim dum tibi reliqui nostræ commentarij, imper-
fetti adhuc, & rudes, expoliantur, & tanquam informes vrsæ delabuntur. Ergo offe-
runtur tibi, mei laboris, & priuati, humilisque ingenij vigilie, in commune suscepit com-
modum, ut meæ imperfecta decisiones, à te perfectissimo, iterum decidantur, in quibus
non tam munericis oblati dignitas, quam offerentis eluet animus, quod munus si à tua di-
gnitate metiaris, paruum, si à meis viribus, mediocre, si ab animo quo offertur, magnum
iudicabitur. Faxit Deus ut te nostræ Reip. quam sapientia, splendore, & dignitate il-
lustras, diu conseruet incolument. Vale.

Vlyssipone s. Septembbris 1620.

Gabriel Pereira de Castro.



DECISIONES REGII, ET SUPREMI SENATVS LVSITANIAE COLLECTAE

A D. GABRIELE PEREIRA DE CASTRO
illius meritissimo Senatore, & aula Regiae generoso.

S V M M A R I A.



Asus presentis decisionis proponitur in principe.
Qui passus est, ut sua donationi modus, seu conditio ad ceterum videtur recessisse à prima forma. num. 5.
Creditor emens pignoraram rem videtur à pignore discedere. ibi.
Acceptato novo titulo receditur à primo. ibi.
Non possunt in eadem persona circa eandem rem concurrere duas causas diverse. ibi.
Per ultimam donationem potest Princeps donationis primi factae modum adiudicare. num. 6.
Regulariter Princeps non revocat donationes à se factas. ibi.
Quando donatio ex futuris causis incipit esse damno-ja potest moderari dummodo alia via seruitur. num. 7.
In revocatione Principis causa presumenda est. n. 7.
Quando post primam donationem 40. annorum spatium dellabitur prime donationi prescribitur. n. 8.
Princeps potest prescribere contra vassallum conditiones quas donationi adiecit. n. 9.
Quando aliquid conceditur de nouo non dicuntur antiquae concessio extincta. n. 10.
In dubio non est presumendum Principem voluisse donationem à se factam infringere. ibi.
Consensus donatary sibi non successoribus nocet. ibi.
Bona de Corona Regia quomodo alienari valent de consensu Regis. n. 11.
Prohibitus de non alienando non comprehendit dominum. ibi.
Pater praedicta filii in empbyensi cum domini con-

sensu. ibi.
Ad validitatem dispositionis tria requiruntur voluntas dispositio, & modus. n. 12.
Sub probalitione alienationis etiam dominus comprehenditur. ibi.
Obligatio commorandi in Regno ex utraque parte personalis, n. 13.
Quae demonstrationis causa adiunguntur dispositio- nis non mutant substantiam. ibi.
Obligatio morandi cum aliquo ex bovi viri arbitrio interpretatur, ibi.
Interpretata l. Mevia ff. annuis legat. ibi.
Vt conditioni in forma specifica parendam sit debet res esse in eodem statu. ibi.
Interpretata l. annua ff. annuis leg. n. 14.
Mortuo Rege Sebastiano condicione morandi in Re- gno debet haberri pro impleta in Regno Castel- la. ibi.
Contraria opinio. num. 15.
Conditio commorandi in regnatam apposita fuit re- spectu regum, quam regni. ibi.
Conditio commorandi cum aliquis duplicitate potest concipi. num. 16.
Conditio in presenti non fuit apposita in sanorem grauati.
Originarius quis proprius sit. ibi.
An sufficiat habere domicilium in hoc regno si aliud habeatur Castella. n. 17.
Duplicis domicilium haberri potest sed eodem Princi- pe non sub diuerso. ibi.
Ord. lib. 2. tit. 38. §. 1.
Donatarius debet obtinere confirmationem per obi- sum à Principe alias priuatur in vita sua.